



	Inches	Centimetres	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
	1	2									
	2	3									
	3	4									
	4	5									
	5	6									
	6	7									
	7	8									
	8	9									
	9	10									
	10	11									
	11	12									
	12	13									
	13	14									
	14	15									
	15	16									
	16	17									
	17	18									
	18	19									
	19	8									

Colour Chart #13

CONCILIA

BVLVM THEOLOGISTA-
RVM, ADVERSVS GERM-
ANIAE, & bonarū literarū studiosos, Co-

loniæ celebratum.xvi. Kalen. Maij,
postquam I. Hohenstratus deie-

ctus est ab officio Priora

tus, & ab officio

inquisitoris,

(:::)


INTERLOC.

Hohenstratus,	Petrus.
Duplicius.	Scropha.
Eduardus.	Lupoïdus.
Eccius.	Stentor.
Arnoldus.	Curtifanus.

Huttenus.

Colour Chart #13





HOHENSTRA-
TVS PRO TVNC THEO-
logicæ facultatis Decanus.



VONIAM QVIDEM,
sicut dicit Apostolus, opor-
tethæreses esse: ut qui pro-
bati sunt manifestentur:
domini & Magistri nostri
eximij, ego I. Hohenstratus, pro nūc Vni-
uersitatis Colonieñ. Theologicæ faculta-
tis Decanus, volens satisfacere iuram éto
meo, feci vocari Magistralitates vestras,
ad habendum concilium super huius-
modi doctrinis hæreticis, scandalosis,
blasphemis, & piarum aurium offend-
uis, quid vobis dominis videatur. Licet
enim anno præcedéti, secundum proceſ-
sum nostrum condemnauimus propo-
ſitiones cuiusdā fratris de ordine sancti
Augustini, ita quòd nihil omnino vale-
rent: tamen quia ille idem frater non ceſ-
ſat peruerſis suis doctrinis seducere po-
pulum, & vocat nos hæreticos & phari-
ſeos, & rudes, nescientes scripturas, ne-

A 2 cessariū

C O N C I L .

cessarium duxi , vt easdem propositio-
nes cum multis dialogis aliorum iterū p-
cribrum separem : vt paleas combura-
mus igne inextinguibili . Tamen , sicut
moris est , antequam procedam ad actū ,
volo prius audire sentimenta Magistro-
rum nostrorum . Et vocetis dominū pe-
dellum , vt omnia diligenter scribat .

HOCH . Magister noster Duplex , si-
cūt dixi , quid vobis videtur de illis no-
uis poētis , & de illis nouitatibus quē iam
per artem impressoriam , imo diabolicā ,
imprimuntur ? Si dimittimus eos sic , o-
mnis populus vadet posteos , & conuer-
tentur ad illum nouum modum , & de-
spicient sacram Theologiam doctoris
Sancti , & aliorum Magistrorum nostro-
rum prædecessorum : & venient illi docti-
culi , & tollent regnum nostrū , & non po-
terimus amplius villicare , decipere anti-
duas vetulas , corrumpere Principes , per
nostras malas suafiones , quando nobis
confitentur : & per consequens , quando
prædicamus ad populum contra illos ne-
bulones , & eis detraxerimus , rustici nō
crēdent :

THEOLOG.

erident: & per consequens non dabunt nobis caseos, & oua, & schinckones, quando vadimus villatum. Melius est ergo præuenire quam præueniri.

D VPLICIVS. Eximie & superdotissime Magister noster, ego nescio quid dicam: ego bene vellem vobis hoc longè ante dixisse: sed ut dicit Poëta, tardè venere subulci. Nunc ad longum venit negotium, & multiplicati sunt super numerum. Ego non scio meliorem modū, nisi q̄ permittamus eos sic stultisare. Et ille est optimus modus. Nā si resistimus, tunc ipsi nihil curāt nostras phrascarias: & commouemus plæbem. Sed tamen si adhuc centum modis sic scriberent, ego tamen non volo discere hoc Græcum & Hebraicum. Ego vix scio legere Psalterium, & deberem discere illas phâtasias? Est perditio temporis. Sed tamen propter pacem videtur mihi bonū sicut dixi, vt dimittamus eos, alias scribent contra nos, & facient nos infames in sæcula sæculorum. H O C H. Vos benefentitis in parte Magister noster, sed videtur mihi,

C O N C I L.

sicut vocamini Duplicius quod sitis duplex animo, q̄a declinatis ad partē aduersam, & ideo estis mihi valde suspectus. Vos vultis, q̄d debeamus eos dimittere: nunquid dixi prius, si dimittimus eos sic totū mundum peruerterent? Ettunc doct̄or Sanctus, & Capreolus, Durandus, Herueus, & cæteri columnæ ecclesiæ iacebūt infra scannū in pulueribus. Ergo consequenter magister Eduarde leé, vos estis cordatior, & habetis vnum antiquū odium contra Erasnum, & Martinum Lutherum, & illorum sequaces: estis etiā vnuſ bonus Scotista, & habetis zelū vestri doctoris Subtilis, quid ergo vobis videtur? ED. Cum supp̄ortatione Magister noster, licet mihi loquere vnuſ verbū. HOC. Vel centum si placet. ED. Nunquam mihi placuit ille nouus modus, & illi noui doctores Hieronymus, Augustinus, Athanasius, & illi poëtæ: licet non sciam quid in illis sit scriptum, neq̄ intelligam, sed tamen ut viderer etiam hominibus vixisse, & facerem mihi nomē iuxta nomen magnorū, tres annos perdidi quibus aliquādo prosolatio, quādo

THEOLOG.

non volui legere in Scoto, post prandiū
frequenter legi græcum, & illos græcos
doctores cursorie, sicut Baccalaurei no-
strilegant Sententias: & per Deum san-
ctum, qnid deberem dicere? Inuenio q,
nihil est nisi vna falsificatio, quia ille Eraf-
mus falsificauit hoc nouum Testamen-
tum, quia omnino nō habetur in nostra
translatione, quæ tamen vere est Hiero-
nymi, sicut ipse peruertit. Nihilominus
tamen ego monui hominem charitati-
ue, ut se corrigeret: vel suis annotationi-
bus etiam nostras adderet, si vellet om-
nino esse sui capit is. Tunc fuit adeo su-
perbus q abstersit culū cum schedulis.
HOC. Ego bene audiui, q vos duo non
bene statis cū inuicē. Latet anguis in her-
ba. Est mihi mirū, q vos cōtēpsit: & dici-
tur tamē q sit humanissim⁹, & pueris lo-
quatur & scribat. Sed dicatis vltterius. E.
Licet sic faciat, tamē ego odio eū ex corde
quia nō est bonus Scotista, & scripsicon-
tra eum vnū librū: credo q aliquādo vi-
distis: & scribam contra eum adhuc mul-
ta plura, quia scio jā proficere in græco,

C O N C I L.

& volo adhuc plus studere in Græco: ut eum confundam apud Episcopos, & Papam, & Cardinales. Deniq; & apud Dert-
husensem omnium studiosorum hoste,
infidias ponam.

H O C. Faciat is audacter, nihil cure
tis: viso q; ita nihil de vobis curat. ED V.
Immo faciam: neq; faciam mihi conscié
tiam super hoc, quia possum⁹ celebrare
quotidie, & rancorem portare in corde:
quando est odium causæ, non personæ,
sicut dicit doctor Sanctus. ij. ij. arti. xiij.
memb. iij. q. i. in solutione primi argu
menti, in fine. iiij. lineę, meum autem nō
est odium personæ, quia non odio Eras
mum, qui est creatura dei, sed odio lite
ras bonas, sicut ipse eas vocant, quas ille
plantat: & seducit cum suis translationi
bus omnes iam iuuenes studentes.

H O C. Utique & licitum. Sic enim ego odi
Io. Reuchlin, qui tamen dictus fuit pro
bissimus vir apud omnes, & M. Luthe
rum, Petrum Rauennatem, & Huttenū,
& plures alios, quia inuidia stimulauit
me: neq; potui videre yt bene docerét &
scriberét

THEOLOG.

scriberent. EDV. Summa summarū,
hoc est votum meum, vt faciamus vnā
nouam constitutionem cum priuilegio
Papæ, & Vniuersitatis Coloniensis, & Lo-
haniensis: ne aliquis Studentium in ma-
tricula almæ nostræ Vniuersitatis quo-
quo modo studeat, vel presumere aude-
at legere, publice vel priuate opera illorū
nouorum poëtarum, sūb pœna sex mar-
carum auri, & expulsione ab Vniuersi-
tate. Præterea, ne librarij, vel pressores
edant, premant, vendant, permutēt, vel
quoquomodo inferri curent in nostra
collegia, sub pœna amissionis municipij
si sint incole: si vero extranei, amissionis
omniū librорū & carceris: donec se redi-
māt sex p̄dictis marcis auri: quæ marçæ
cedere debent in fiscū facultatis Theo-
logicæ, vt vbi & quando opus fuerit fa-
cere conuocationem contra hæreticos,
Magistri nostri de facultate habeant vnā
bonam zecham de illa pecunia. H O C.
Est bona opinio, & sic oportet etiā fieri.
Sequens magister noster Ecce, ego bene
video quod illę pecies mouētur in capite

A 5 vestro:

C O N C I L.

vestro: dicatis nobis quid vos speculaftis
cōtra illos poētas. E C. Quid deberē di-
cere? Vos facitis sicut pharisēi: qui vene-
rūt cum Herodianis ad tētandū Christū
de censu Cæsarīs: & miserunt vnū quilo
queretur pro omnibus: & hoc cū illa ver-
sūtia, vt si vinceret, omnes viderētur vi-
cis: & si nō vinceret, q̄ idcirco etiā ipsi
essent immunes à scādalo. Vos incitastis
me cōtra Lutherū, misistis mihi multas
missiuas: q̄ quia ego sum bene tritus in
paruis logicalib⁹, & in copulatis Tincto-
ris magistrorū de Bursa Kneck, & in reli-
quis doctrinis sacris doctorū ecclesię, vi-
delicet Scotorelli, & Alexātri de Ales, &
Lādulphi, &c. sed iā quia ego nihil profe-
ci, & me p̄merdaftis, tunc abtrahitis ma-
nū, & permittitis me stare in merdro: qd
ergo deberē vobis cōsulere? H O C. Non
sic magister noster, nō sic, nō volum⁹ vos
permerdare: sed iā sumus cōgregati pro
iunādo vos, vt cōfundātur & reuereātur
oes q̄ querūt nobis mala. E C. Nihil, vos
nihil proficitis. Ego puto me essetā bonū
sicut vos in doctrina doctoris Sancti, sed
nihil

THEOLOG.

nihil potui proficere, q̄a ille homo negat
oīa, & nō curat syllogyſimos: & quando
bene cōcludo vnā consequentiā in Fri-
ſefinorū, vel in Berbelin, vel in Braca, tūc
ipſe negat cōclusionē & totū argumētū,
& dicit, quōd ſunt fantasie & tēdiculē ho-
minum, quæ in Theologia nō habent lo-
cū: & vult, quōd pro ſyllogiſmis debea-
mus allegare Euangeliū, vel Paulū, aut
textū ſacrē ſcripturæ. Sed vbi accipere?
nihil habemus in pharetra. Ego quidem
multū laboraui pro & cōtra ad defendē-
dum Papā: vt daret mihi vnā pinguē prē-
bendam, vel Episcopatū: & ſcripſi huc &
huc ad diuersos Magistros noſtros, detra-
hēdo & obloquēdo Lutherο: & tandem
ſum cōfusus. In ſuper omnes illi qui iam
ſcribūt, volunt ſe vindicare de me, & ha-
bent me pro homine ridiculo, qui ince-
pit edificare, & nō potuit cōſummare: ta-
men nihilominus fuit am impudēs, & tā
meretriceſ frōtis, q̄ nihil curauit hæc oīa
& ſumpſi mihi cornua, & acquiſiui duos
codices synodales per intercessionē Fu-
charorū, & perrexi in ciuitatē ſanctam,

C O N C I L.

quæ nunc est speluncalatronū, id est Ro-
mam, & osculaui pedes Papæ, si forte pos-
sem opprimere inimicum meū. Quod
quiū vidisset Papa, valde me cōmenda-
uit, q̄ habeo tam magnum zelū, sed nul-
lum adhuc beneficium dedit, sicut spera-
bam: sed fecit cōcilium Cardinalium ut
illum excommunicaret. Illi autem no-
luerunt consentire, præter duos, quorū
vnus symoniace fuit promotus ad Ca-
dinalatum de familia Medices: alius ma-
gnus adulator Pōtificis. Deinde quum
hoc nō successisset, posui apud diuersos
illi insidias, & posui multa licinia & fo-
menta, quæ suo tempore conflabūtur in
magnum incendium. Ad propositum,
quia sumus omnes propter hoc congre-
gati, sicut hactenus estis de me experti, si-
cut gigas volo stare & seruare: & volo
adhuc peruincere vnum triumphū de
illo hæretico: & quando tūc cōburetur,
tunc ego volo primus esse qui incendat
ligna: volo esse suus lictor. Vos similiter
facite, & defendite doctrinam vestram.
Et si videtur vobis bonū, volumus cor-
rumpere

THEOLOG.

rumpere Carolum regem catholicū, pecunia, & precibus illius D. quem habet in curia sua, est enim etiam bonus theologista. Alias ego nihil scio. Papa iacet, & Doctores sacerdotes etiam sunt auersi a nobis: vos Prædicatores & Carmeliteatum adhuc seruatis fortiter: & Carthusienses, tribus, vel quatuor exceptis, qui etiam tenent illum nouum modū, quod facit hoc, quia fuerunt etiam discipuli aliquando in sæculo illorum. Carolū habebimus: qui si contempserit nos, sicut est timendum, actum est. HOC. Sed iam dudum & illi appellauerunt ad Carolū, sicut benelegistis nuper in quadam epistola comitis Nuenari. ECC. Oportet ibi nos inuenire unum medium, ut preueniamus illos. Quæratis etiam ab alijs, qui forte circa huiusmodi trufas sunt magis experti. HOC. Magister noster Arnolde, vos habetis vnam singularem gratiam in illis sycophantijs excogitandis: benescitis qualia aliquando dedistis consilia contra Reuchlin, quid est nobis faciendum in hoc casu? ARN. Vos nesci

C O N C I L.

tis quicquam: vos iacetis semper in illis
speculabilibus, & in mirabilibus super
vos, sed nō discitis etiam practicā huius
sæculi. Si quis iam vos omnes combure-
ret, vos non sciretis dare vnum bonum
consilium ad liberandum vos. Ratio,
quia nihil estis experti: neque estis mundani
nisi forte quoad avaritiam & inuidiam,
quia iuxta proverbiū. Omnis theolo-
gista superbus, avarus, inuidus, adde, &
luxuriosus, secundū etimologisationē
nominis S A L, Quando dicit, Vos estis
sal terræ. H O C. Per deum sanctum ma-
gister noster, vos verum dicitis, sunt ali-
qui ex nobis qui bene sciunt disputare,
& fabricare subtilia argumenta, sed de
mane quando veniūt à scholis ad domū
& volunt comedere, tūc coquina est ad-
huc frigida, & ancilla adhuc dormit: vel
forte latet in monasterio apud aliquem
monachum, & permittit se, hem? AR N.
Sed hoc non est de panelucrando. Scitis
bene quid fecimus quando voluimus
probare, quod beata Virgo fuit cōcepta
in originali, & similiter de alijs multis
trufis?

THEOLOG.

trufis? ita & ibi , nisi probauerimus per
miracula, quod Theologia nostra sit me-
lior quam illorum poëtarum , tūc perditū
est, & charta est falsa. Audite ergo cōfiliū
meum. Ego sum vñus bonus nigroman-
ticus, & possum me formare ex angelote
nebrarū in angelū lucis & omnes quos
volo, si placet ergo , tūc ego volo esse do-
ctor Sanctus, sitis vos Scotus, & sit magi-
ster Balduinus Anthōning: & debet qui-
libet tenere vnum librū aureū in manu
sua. Ego verò super hoc volo ponere vñā
columbā supra caput meū quæ est spiri-
tus sanctus : & volumus de nocte venire
ad lectū fratri Petri, lectoris etiā Prædi-
catoris. Tunc ego primus accedā , & in-
sufflabo sibi in vñā aurē: Ego sum Tho-
mas, quia omnia que vñquā scripsi , oīa
ex spiritu sancto scripsi , & nunq̄ erravi
in scriptis meis: & quicunq; secuti fuerit
meam doctrinam , nunquā aberrabunt
a becclesia Romana. Deinde vos facite si-
militer. Quo facto , repente volumus
volare per fenestram cum magna co-
ruscatione & illuminatione cubiculi.

De mane

C O N C I L.

De mane ergo quando surrexit, tunc statim prædicabit illam visionem ad populum. Habeo etiam ego unum spiritu familiarem, illum ego volo mittere ad Lutherum & Erasmum de nocte in lectum, ut eos tribulet & vexet. HOC. Eset profecto bona res, sed timendum est, ne prodamur: sicut in actu Bernensi sumus confusi. Ego non volo esse in hoc ludo: si vos vultis, potestis tetare, ita tamen quod non trahatis me in hoc factum. Peccatum vestrum in caput vestrum. Non est bonum iocare cum sanctis. Nos sumus aliquotiens sapientes facti in ordine nostro cum illis falsis miraculis. Si autem aliquid aliud scitis: siue per phas, siue per nephias, dicatis audacter, ego volo vos absoluere. Si aliquis mihi confiteretur, quod occidisset Reuchlin, & nemō sciret, ego vellem eū absoluere omnibus modis, sic & ibi.

A R N. Ego nihil scio aliud. Illi sæculares & studentes sunt iam astuti, & bene sciunt notare: non permittunt se facile decipere: ego cōmitto vobis & ceteris magistris nostris. H O C. Sequens magister noster

THEOLOG.

noster Petre, vos estis pater valde zelosus, & non comeditis carnes, & ubiqꝫ laboratis, ne habeatis doctos in ordine vestro, quid ergo vobis videtur? si forte esset consilium contra illos nebulones?

P E T. Mi magister noster, ego nescio: ille mūdus est iā totus peruersus, & plenus hæreticis, Tempore meo quādo fui vester discipulus non fuit adhuc sic. Ego ubiqꝫ labore, sed nihil proficio, placet ergo mihi quod dixit magister noster Duplicius: ut dimittam⁹ eos sic. Est forte vna influentia cœlestis, quia semper post xl. annos venit vnum nouum sæculum. Vos videbitis, quod sicut illi iam trahūt ad lucem Hieronymū, & Chrysostomū, & cæteros illos poëtas, sic post. xl. annos doctrina sancti Thomæ erit etiam noua, & in maiore admiratione quam nunc, quia homines semper appetunt nouitatem. Non est bene possibile, q̄ omnes libri interim comburantur ex bibliothecis. Estote ergo boni animi, & permitatis eos facere, quādo satiati erūt usq; ad naufragium, tūc cessabunt. H O C. Sequēs
magister

C O N C I L.

magister noster Scropha, placet vobis etiam sic? SCR. Nequaquam. Si volumus permettere ad lucem venire Euangeliū, tūc omnes antiquę hæreses, videlicet Arrianorum, Manicheorū. Heluidianorū, & cæterę venient iterū. Nō scitis, q̄ quādo regnauerunt illi antiqui Doctores, quod fuerūt multæ hæreses in ecclesia dei, que de gratia dei omnes sunt extinctæ & delectæ per sacratissimā doctrinā doct. Sācti & subtilis Scoti: & si illi nō venissent, ego nescio q̄modo staret iam. Ergo si hoc admittitis, pro certo nō estis boni christiani, neq; habetis zelū domus dei. HOC. Egoli benter vellē facere quātum in me est, sed bene auditis diuersitatem magistrorum nostrorum. Sequens magister noster Lupolde. LV P. Noli transgrediter minimos quos posuerunt patres tui, dicit Sapiēs. Nos sic inuenimus, & recepimus à magistris qui fuerūt antenos: & quare ergo volumus delinquere eorū doctrinam cœlestē? Si vultis vos reijcere Theologiam Scholasticam, & Logicā, & Metaphysicam, quis tunc disputabit contra hæreti-

THEOL O G.

hæreticos? quis conuertet Iudeos & Gē-
tiles ad fidem? quomodo debemus præ-
dicare ad populum, & resoluere casus cō-
scientiæ? Similiter , quis defendet Papā,
& traditiones hominum , si volumus il-
lorum fantasias recipere? Ad furcas cum
illis ribalderijs. Ego volo potius ire ad
ignem, quā studere in illis nouis. HOC.
Diabolus, hoc ego nō vellem facere: ego
volo pugnare pro doctore Sancto usq; ad
ignem, sed exclusiue, non inclusiue, ha-
ha ha. Ut sciat tamen, ipsi non omnino
negant Logicam & Philosophiam, sed
dicunt, quod nos non sciamus illam ve-
ram artem, & hactenus nihil docuimus
ni si frascarias, & tricas, & cauillationes,
quæ non reperiuntur in Aristotele: &
venerabilem illum Petrum de Span-
heym & Tartaretū, & Copulata, & som-
nia Ecciana, illa ominia perspuunt. Sur-
rexit iam unus qui vocatur Philippus
Melanchthon, de quo ipsi multū tenent:
ille fecit vnam nouā Logicam, & vnam
nouam R̄hetoricam: & dicit, q̄ Rhetori-
ca sit dimidia Logica , & vna sit ab alia,
& mu-

C O N C I L .

& mutuent sibi mutuo principia: quod
ego non intelligo. L V P. Lieber, nō cre-
datis. Quis vellet docere illos asinos? vo-
lunt ipsi corrigere Copulata, & Bricot, &
Tartaretum? Per deum, hoc esset vna pul-
chra res. Ipsi volunt esse græci, & si veni-
rent ad terram sanctam, & deberent pe-
tere panem propter deum in græco, vel
in iudaico, tunc ipsi non scirent: et volūt
corrigere nostram translationem: tanque
doctor Sanctus, qui fuit vere sanctus sine
dubio, non intellexerit Aristotelem.

H O C. Certe magister noster, ego vellē
quod verū diceretis, sed heu iam illi do-
centeos qui sunt nati hebræi, & nati ex
Græcia homines doctissimi: illi certe
quando volunt possunt eis bene osten-
dere proprietatem linguarum. Vos estis
iam iratus & commotus. Sequens magi-
ster noster Stentor, jr seyt auch vnauter,
sicut bene ostenditis in vestris prædica-
tionibus, & fortiter clamatis ad populū,
quod non debeat credere verbis Luthe-
ri, nec legere illius libros. vtinam hoc o-
mnes facerent qui volunt esse magistri,
sed

THEOL OG.

sed tamen non sunt zelosi, nec quicq̄ cu-
rant detraditionibus antiquorum & se-
niorum. Nunc igitur bone magister no-
ster, quiderit faciendum ut opprimam⁹
illum hæreticum? S T. Venerabilis &
eximie magister noster, verum est, ego
predicauia aliquoties contra illos nouos
scribētes quod fin hæretici: sed video φ
nihil proficio, ipsi permittunt nos clama-
re & vñlare, & nihilominus seminant
suam zizaniam: non curant de maledi-
ctis. Et sicut scriptum est de filijs Israel in
Ægypto, quod quantò magis opprime-
bantur à Pharaone in luto & latere, tātò
magis multiplicabantur illi. Et nunc, so-
lassen sie vns singen, vnd bleyben sie vſſ
jrer vueyſſ, & nihil facim⁹, nisi quod cō
fundimus nos ipſos. De illo hæretico ta-
men paucaloquendo, cum supportatio-
ne, si recte volumus confyderare, habe-
bimus ibi vnum alterū Io. Huss: & bene
possemus nobis formare nomē immor-
tale, si conbusserimus etiam illum sicut
Huss. Sed oportet nos bene esse circūspe-
ctos, & oculatiōres quàm in cōcilio Cō-
stantieñ.

C O N C I L.

stantie, predecessores nostri fuerunt hereticæ prauitatis magistri, etiam ordinis nostri Prædicatorum, qui vi, fraude & dolo dissolutione pectorum, iuramentorum fractione, & totius forma iuris neglecta & preterita, ex mera inuidia combusserunt illum. Quæ infidicæ iam innotuerunt pluribus: & illi in libris suis scribunt: ita, quod non possumus amplius celare. Ita quod verificatum est illud quod ille dixit in extremis, quando fuit traditus brachio sacerdotali ad comburendum. Post centum annos cognoscetis qualis fuerit doctrina mea, & sua semet prodet veritas. Centum anni iam ferme elapsi sunt: reuixit ille, & omnes libri eius sunt impressi; & nisi simus cæciores quam talpæ, tunc oportet nos considerari in secreto, quod illi facta est iniuria: & illi patres nostri fuerunt heretici qui eum combusserunt. Ergo aliter iam est faciendum: tamen non bene audeo dicere. HOC. Dicatis audacter, nihil nocet, nos sumus hic sub rosa, & quilibet potest dicere quod vult. Sed nolite tam alte clamare sicut rustici, cohibete paulisper vocem ne forte aliquis lateat

THEOL O G.

I lateat in fornace & audiat. ST. Vos feci-
stis vnū librū de inquirēda doctrina hę-
reticorū, in quo proceditis secundū mo-
dū antiquū, videlicet Realiū & Thomi-
starū: & dicitis , quòd nō debeat audiri
hæreticus vt se purget vel excuser, sed tā-
tum inqri vtrū cedat in Ecclesiā Ro. vel
non. Si sic, bene, si nō, cōburatur, & etiā si
fuerit sanct⁹ Paulus, vel angelus de cœlo:
imō si reuiuiscerét omnes doctores an-
tiqui, & hoc nō crederét, deberent cōbu-
ri inmediate. Hoc mihi nunq̄ placuit: &
est mihi mirū, cū idē pontifex Ro. absol-
uerit vos ab officio vestro hæreticæ pra-
uitatis, & etiam estis confusus in causa
Reuchlin, ita quòd iā omnes vos odiūt,
etiā pueri in scholis qui vos non cognos-
cunt: & quando audiunt Hochstratum,
putāt quòd nominatur diabolus. quòd
adhuc vultis defendere curiam Roma.
Haberet quidem bonam formam , si
essetis capax beneficiorum , sicut magi-
ster noster Eccius : ille lucratus est ali-
quid cum suis clamoribus & sua bestia
litate, quia Ro. Pontifex quando nuper
rediję

C O N C I L.

redijt ex vrbe , donauit sibi quingentos
florenos, & vnum pinguissimum bene-
ficium, das laut, das heystoren gebissen,
vnd den kautzē gestrichen, licet sit infa-
mis apud doctos , & reputent eum pro
asino : sed hoc ipse non curat : vos autem
estis vnuis pauper frater & mendicus,
Dabo igitur vobis vnum aliud consiliū.
Nunquām legistis, Munera corrumptū
& obcæcant etiam oculos sapientum?
H O. Ego sum ita occupatus in sancto
Thoma, quòd nūquām in vita mea per-
legi Bibliam. S T. Hoc non est recte, fa-
ciatis ergo adhuc , qui per nullum aliū
modum possumus eum vincere nisi per
textum, nam cætera omnia ille reiçit. Et
vnum aliud. Debetis scribere Sanctissi-
mo, quòd det sibi vnum Cardinalatum,
vel Episcopatum: & videbitis, quòd cito
tacebit, & reuocabit omnia. H O C.
Ego timeo quòd non recipiet , quia res
est nimis diuulgata, et esset sibi magnū
scandalum. Credo tamen quòd summus
pontifex daret sibi non solum Cardinalatum,
sed etiam duos vel tres Episcopa-
tus:

C O N C I L

THEOLOG.

tus: tantum ut non loqueretur cōtra indulgentias, & contra suam auaritiam.

S T. Si hoc non iuuat, tunc certe factum est: ego non possum vltra consulere.

H. Ego deberē vltra interrogare: cæteri magistri nostri non sunt præsentes, tamen maior pars est præsens, & ideo volo concludere secundum eos qui iam sunt præsentes. Et sicut bene audiui nullus habet complacētiam neq; in Luthero, neq; in alijs nouis poëtis & scribentibus: licet unus dicat sic, alius aliter. Et quia ad præsens non possumus omnes illorū libros examinare, cribrare, reprobare, & ideo pro nūc nihil volumus facere: nisi quod volumus prohibere per literas & instrumentum publicum almę nostrę Vniuersitatis, ne quis illos fabulatores legat. Interea unusquisq; vestrum sit armatus, & faciat quantum in se est in domo sua, pro examinādis illis libris poëtarum: & scribat in volumine. Post tres menses volumus iterū venire, & omnia imprimere in uno volumine sentimentum vniuerscuiusq; in speciali, cum quotis, & anno-

B tationibus

C O N C I L.

tationibus sancti Thomæ in margine.
Si quis vero huic Concilio nostro legitime & in spiritu sancto congregato derogauerit vel obtructauerit , velut minus idoneo , indignationem omnipotentis dei incurret , & sacrosancte Romanæ sedis , quæ est in Babylone , vbi synagoga satanæ § Domine Pedelle , legatis hanc copiam . Constitutio . PED .

In nomine domini , Amen . Autoritate sanctiss . dñi nostri pape Leonis . x . & aliorum sanctorū pōtificū , q fundauerūt & instituerūt & priuilegijs munierūt almā nostrā Vniuersitatē Coloniensis & Louaniensis . statuimus & ordinam⁹ nos magistri nostri de Colonia & de Louania , ne in alma nostra Vniuersitate , quæ est mater Vniuersitatū Germanię , legat publice vel priuate , in scholis Theologorū aliquod de illis nouis doctrinis , quæ iam suadēte diabolo emerserūt , & seducūt plurimos . Insuper , ne de illis loquātur , vel scribant in epistolis , vel alibi . Et ne librarij aliquod importēt , vel vēdāt scholaribus nostris . Etre ligiosis , ne ipsi aliquod illorū reponat in suis

THEOL O G.

in suis librarijs, sub taxa. iij. marcariau-
ri, toties, quoties deprehensi fuerint. Con-
tra facientes tanq; cōtumaces & rebelles ex-
cludi volumus hic & vbiq;, & in oībus lo-
cis honestis ab Vniuersitatib; & sub pœ-
na inhabilitatis ad quemcunq; gradū in
Theologia, si fuerit magister: si aut in mi-
noribus, ne promoueatur ad gradū ma-
gisterij. Doctrinā vero Lutheri, & eius li-
bros dānamus, annihilamus, & ad ignē
iudicam⁹, vnā cū ipso autore: nō obſtāte
q; nos nō intelligim⁹ neq; cōfutare possu-
mus, propter autoritatē Euāgelij & Apo-
stoli, quib; roborata est. Sed quia ipse nō
sequitur sentimētū nostrū: & exigit vnā
nouā Vniuersitatē, & trahit ad se omnes
scholares, neq; ostēdit nobis debitū ho-
norē gradus magisterij. Ideo cōtra facien-
tes ex cōmunicam⁹ lata iā sentētia, àqua
nō valeat absoluī nisi per nos Magistros
nostros ad hoc deputatos, scilicet Eccio,
Leone, & Arnaldo. Datum. &c.

HOC. Sufficit. Ita volumus pub-

licare. Et sic est finis illiusa-

ctus. Deo gratias. Amen.

B 2 HVT-

HVTTENVS
CAPTIVVS.

INTERL.

Decimus.
Curtisani.
Minoritanus.
Huttenus.
Frāciscus de Sickingen.

H V T T E N V S.



ECIM VS. Adeste echo-
dum, adeste O peculato-
res, p^edicones, ganeones
& manipulus furum.

CVRT. En adsum⁹ ad-
sumus Decime, terç quaterç maxime .
D. Quin extemplo comprehendite, iu-
gulate, occidite ferro, vel veneno. C.
Quos obsecro? D. Duos illos seditiosos,
scismaticos, Huttenum & Lutherum.
C. Bona verba columen nostrum: arbi-
trabamur te subita phrenesi correptum,
vel mania, quisic insanias, sic furijs insul-
tes. Verum hos facile erit perdere, si sic re-
bus tuis fuerit consultum. D. At his è
medio sublati s paxerit. Tu Cesię poculū
illi propinato, veneno mixtum: ciboq^z
illius insperso ellebori semiuncia, vel
scamoneæ, si lubet. Quod si non succeſſe-
rit, armatis copijs vincitum huc protra-
hito. Ego per Curtisanos literis agā apud
optimates & Episcopos, ne hunc patian-
ture elabi. C. Verūm de Luthero quid
censes faciendum? D. Idem prorsus,

B 3 Verū

H V T T E N V S

Verum hic prior esto Huttenus. Quid enim si in omnibus chartis illinierit mea flagitia Lutherus? Ingeret tandem hęc fastidium lectoribus: quibus & in iocū & fabulam versus sum. At iocetur libere, modo non noceat. Ille nō tam portentū nos facit, quā exitiū minatur, & Petri in opia, stipatustot milibus nobiliū Germanorū, quos in prōptu est, vt in nos animet homo mire audaculus. C. Vbi igitur Bul lętuę, vbi fulmina quæ in hos iaciebas? M I N. Heus tu cynęde, cucullū mihi parato obtritū, & sandalia laceris suppacta solis, & funem nodosum. C. Hæc quidē omnia ad manum sunt. Verum vnum adhuc tibi deest, quo imposturę tuę adhibeat fides, nempe corrugata frons, & véter tenuis. Nam pingue hoc aqualiculum, & obesum caput, & lingua petulantissima, cupediarium te prodent Cæsari, vel heliuonem, non hypocritam.

Vin diebus quinq̄te emaceremus in Tulliano? M. Pape, nihil interest quo sim corpore, modo gestibus & animo sycophantam expressero & hypocritam.

Hebes

C A P T I V V S.

Hebes est & obtusum Germanorum genus. C. At non tam crassum uti suspicaris, quibus iam dudum nostræ fraudes cœperunt fieri perspicuæ. M. Vos hæc feceritis: ego iam meo fruar cōfilio. C. Nos verò quotandem astu hunc circumueniemus? M I N. Ha ha, quasi non hoc ad vnguem noueritis. C V R. Siquidem vir est nobilis, magnanimus, neque facile se patietur collidi. M I. Ego Carolū Imperatorem adeo, illic paratus insidias: interim vos hic prestatamini paullisper. C V R. Quid si euaserit? Quis enim ignoret eiusmodi ludorum exercitatiuum esse, ut pote militarem hominem. Si videbitur mercede, conduceamus mimos: quorum hic copia magna est. M I N. Capta fera est. Videtis hunc Catoniano vultu tenerū, flavo capillatio, & nigra progrediētem barba? C. Videlus. M. Huttenus est. Simul omnes in illū obarmamini: multate pugnis, calcibusque. C V R. Illico te vincitum dederis. H. Vinctum? C V. Atqui vt dicimus, vltrote adsignato Decimi captiuum.

B 4 H. Cap-

H V T T E N V S

H. Captiuum? Quam obcausam? C
Disces iam ligatus. M. Cathenas in ijcite
actutum. H. Apagete nebulones. Hui?
Per crucem. A BEL. Ohe, occidi. H.
Hui, trucidabo vos omnes. Sed quor-
sum ille aufugit furcifer cucullatus?
Emoriar, ni hunc quo cinctus est fune
præfocauero quam primum, ad eam ar-
borem quæ propior fuerit, præcisissim-
mis manibus et pedibus. FR. Quis hic
tumultus surconum misere despuman-
tium sanguinem? H. Me male mulctas-
sent, ni me excussissem, atq; etiam vinclū
perduxissent Romam. F. Ita illis licet
infringere aulicam libertatem? H. Sic
vides. Tumultuanter in me irruerunt,
nihil me suspicante, monacho quodam
apostata ductore. F. Cucullio ille, quo-
nam se proripuit? H. Euasit, subduxit
se, mortaliū omniū euiratissimus. F.
Vis hoc principi indicem? nam mihi ne-
quaq; res videtur ludicra in aula friuole
impetere hominem militare, maxime
autem veneno. Quid tandem non in ip-
sum etiam tentabunt principem? H.
Peruelim.

C A P T I V V S.

Peruelim. Sed vereor, ne prius apud hūc
infidias in ihi struxerit, aut illi falso sug-
gillauerit non nihil, qui illorum homi-
num mō est, vt nullibi non suffundant
acetum, vel frigidam aquam. F. Nihil
obest. Noui optimum ac syncerissimum
Imperatoris ingenium, qui nō tam cito
acquiescit adulatorum susurris, eorum
maxime, qui in vniuerso orbe nihil nisi
nugas seminant. H. Interea quo me re-
cipiam, quando ne principum aulæ li-
beræ sunt ab iniurijs? F. Ad speculam
tuam Steckelburgium, illic delitesce pa-
rumper donec transferit tempestas. H.
Quid si interea malis addiderom mala, ac
in concionem aduocauero Germanos
omneis, suppetias vt ferant? F. Hoc ne
est malum addere malo? Licebit & Tur-
cam inuocare, si christiani iustitiā nō
fecerint. Verum felicius multo resce-
det, non enim tam gratum est apud eos
hochominum genus, vt diutius numi-
num vice adorent. H. Suades igitur
bellum indicam Curtisanis? F. Imo &
mortem & exilium si impetaueris, non

B 5 prohibe.

H V T T E N V S.

prohibebo. Audis insonantes taratas-
taras? Eendum mihi est ad au-
lam, illic rem tuam expediā.

Tu interim cura ut
tutus sis.

H V T T E N V S

I L L V S T R I S.

I N T E R L.

Huttenus.

Veritas.

ILLVSTRIS.

AEC præmia tua sunt,
hæc promissa, fidesq; V.
Quid quæso sic stomachis,
nobilissime Huttene? H. Quæris? cū me
videas proscriptū à Romanensiū tyran-
no. V. Cur hæc in ihi tribuis, aut me a tech-
na hoc factum est? H. Tua vtiq; tua caus-
sa vltimo destinatus sum supplicio. VE.
Clemētius Huttene, clemētiusq; vltimo
supplicio. H. Imo atrocious. VE. Esto, hæc
mea maxima sunt præmia, & quos præ-
signes efficio ijs beo muneribus. Quin &
veneam tribuo, & anogēū, & pēthisirin-
con, & si quæ sunt ijs etiā crudeliora car-
nificum instrumenta. H. Alteri dederis
has mercedes, nō mihi. V. Imo & tibi. H.
Atego recipiam nequaq;. VE. Quid sit
cōpulero? H. Nō me cōpelles, liber sū. V.
Audet igitur repellere nomē & famā im-
mortale? H. Malī carere hac gloria. V. Re-
cipies scio, scio recipies. H. Nequaq;. V. Ah
sine quo palpē atq; deliniā te modicū. H.
Si spes esset, depultū iri patriā seruitutē.

H V T T E N V S

V. Prorsus, nam id in procinctu est, modo pusillo animo ne fueris. H. Cū mula peperit, vel ad Græcas kalendas. V. Atque Topyro peperit mula, putas ne paritura sit & tibi? H. Scio quondam Galbam Ro. res nouas molientem plures, nihil æque confirmasse, vt mulæ partum: verum altius irroborauit hæc seruitus quam ut depelli possit: pleraque etiam nostrarum rerum desperata sunt. V. Nō ita obsecro. H. Non vides ut passim obtinent omnia Curtisani, ut admota vesica omni, & ampullis inflantur, ridentque nos etiam? Nec satis est euiscerare & excoriare, nisi etiam apertis cachinnis nos subsannent. Accedit vulg: supersticio, quod toties ictum, nec dum sapit, tam multa haec tenus vitro citroque acta sunt, & Tyresia cæcius est. V. Christus te amet Huttene, qui nostram miseriam respiciet: neque patietur ultra dominari nobis qui oderunt nos. H. Atqui ad sumnum excreuit fastus. V. Eo magis ac magis agendum consulte, nequid temere, vel imprudenter. Tardius ambulando etiam

ILLVSTRIS.

etiam longum iter perficitur. Quid us-
quam in rebus mortalium firmum ac
stabile, quod præcipitatur? H. Interim
ego in exilium ablegor, exhibitor, proscri-
bor, deuoueor. V. Aquibus tamen? H.
A Romanistis. V. Viden me exocula-
tam, sauciata, claudicantem? H. Po-
derem retegito. Hui, qui tam miserete
lancinavit bona Veritas? V. Aspice &
spondilia, & ceruicem. H. Nihil in te sa-
num video, vel per latum vngue. Quin
& præcisæ aures, insignitæ maxillæ. V.
Vbi vel media horum portiotibi conti-
git? Sed & excommunicata sum, ne vñq
Romam ingrediar. H. Oculorum pu-
pillas quis ita tibi pupugit? V. Ro. pon-
tifex cum nuper me excæcare vellet, vt
maximè videretur, & vt liberius possit
illudere Germanis. H. Laceras vero ma-
nus quis? V. Aleander Mottensis, ille
verpus, quādo Louanij, Coloniæ, & Mo-
guntiæ Lutherana ambus sit. Digitulos
præscidit ambitiosus ille Murnarus gelt
narr. Cætera quæ cernis sunt Ecciana,
Emferana, & Siluestria. H. Num &

B 7 Hochstra-

H V T T E N V S.

Hochstratica aliqua habes, & Leica? V. O.
Hochstratica, iādudū me exanimassent
mēdaciloqui & blacterones isti, ni mihi
fuissem medicata. H. Mederitibi ipsi po-
tes, ne quid officiāthominum maleficia?
V. Possum, vbi voluero. H. Quid gitur
non digitulos tibi restituis, & oculos, &
māmas? V. Immortalissum, & ad iēt⁹ in
fatigabilis, nō secus atq; Juno illa apud
Homerum, Hectori cōpugnās: quo ma-
gis impugnoreo ampli⁹ vireo & floreo.
Verum quia propediem fisti me oportet
ad tribunal Christi, stigmata hæc allatu-
ra sum in medium: vt videant qualem
confoderint deam, quām hæc non mihi
fecerint, sed Christo ipsi, qui veritas est.
H. Illos tu ad tribunal Christi accusatu-
raes? V. Condemnatura etiam ad orcū,
& Plutonis carnificinam. H. Existimas
ne, credant deum esse, vel tartarum? V.
Sic constituerunt in concilio Lateranēsi,
animam esse immortalem. H. Quasi
hoc antea nesciēmus. Cæca, non intel-
ligis fraudem? V. Quam fraudem? H.
Vt si credere videantur, ad illorum ma-
gis

ILLVSTRIS.

gis dissimulemus flagitium, iudicē certe alium habituri quām nos : & neā nobis possint censeri in terra, eam sibi legē constituerunt, alioqui tamen indubitata. V. Maile suspicaris de hominibus istis. H. Pessime, vtpote de Turcis & ethnicis. Sed age, doce me hanc artem, vt sim posthac insauciabilis. VE. Id equum mihi non est præstare tibi, mortalis cum sis. HVT. Quasi id non multis datum sit ethnicis, quemadmodū narrant poetarum fabulæ. Præterea ex nostra religione diuīs compluribus. VE. In diuorum cœtum si conscribi velis, docebō te quidem: de nugis vero illis poetarū nescio quām huiusmodi te non deceant. HVT. Quoquo modo volueris, modo feceris. VERI. Facturus es autem quæ præcipiam? HVT. Si videbitur. VER. Pone thoracem, & galeam. HVT. Quid hoc rei est? VER. Et balthēum soluto. Tu puerensem accipe. HVT. Exarmatus sum. VE. Meliora præstabō. Indue tethorace hoc. H. Proh, quā asper & aheneus. V. Iustitia est. Sed flecte ceruicem.

HIn-

H V T T E N V S.

H. Induerem ego reuera tria capita galero huic. V. Salus Christi est. H. Baltheus vero candidus, quid est? V. Veritas syncerissima. Nunc scutum obdito fidei. H. Num & gladium dabis? V. Acutissimum, verbum videlicet dei. H. Quām bene armatus sum. V. Inceditō nunc. H. Ohe, quām me premit thorax circa crepundia & costas. V. Digladiare modicum. H. Difficile tractatu est hic gladius. V. Longe aliter, eo vtendum quām eloquentiæ. Sed promptulus es vt video, & ambidexter. H. Iam igitur satis præmunitus sum, nemihī noceat quis? V. Necdū, nam & obseruāda erunt aliquā. Vxorem non curabis, non liberos, non aurum: sed omnia hæc tanquam nugas existimabis. Patriam vcrò amabis: quam vt libertati dones relinques paternam domum. Speculam aliquam inhabitabis, aut desertā turrim. Libros tibi cōparabis quām plures, & hos optimos. Tum Christi Euangeliū præcipue. Et si quis vltra te proscriperit, vel damnauerit, minime feres acerbe. H. Vt video,
Stoicūn

IL V S T R I S.

Stoicum me instituis philosophum. V.
Philosophum nequaquam, sed christia-
num militem. H. At non ita suos nuper
insigniuit Carolus Imperator. V. Ii qua-
les quales fint, nihil mea interest, Chri-
stiani militis arma sunt veritas, iustitia,
fortitudo, grauitas, fides, verbum Chri-
sti, quibus te iam decorauit. H. Da & au-
reas phaleras, & cauterium aliquem. V.
Cauterium nullum do alium, quā pullū
filiij subiugalis, cui insedit Christus do-
minus (siquidem equitare lubet) aut illū
Zachariæ asinum. H. Non alium mihi
dabis caballū, quā mulā, aut asinū? Hisce
debellabo tot aduersarios? V. Atq; ita in-
structus, maximis regibus & principib.
eris formidabilis: quin & illis libere con-
uiciaberis, siquādo me videris obscura-
ri. Non timebis à facie eorū: & ipsa etiam
tibi adero, vt liberē te. Ab hoc momēto
ciuitas eris munita, & colūna ferrea, &
murus æneus super petrā pontificib⁹ Ro-
manis, & Cardinalibus, & Episcopis: &
bellabūt aduersum te, & nō præualebūt,
quia ego dabo tibi os & sapientiam, cui
non

H V T T E N V S.

non poterunt resistere omnes aduersarij tui .H.Dura sunt hæc. V.Sed christiano milite digna. H.Licebit ne & iam possitis vti armis? V.Etiā licebit, modo hæc quæ dedi interna sint. Curtisanis primū bellū indices, Deinde discalciatis & gressis hypocritis. Postremo Pōtifici Romano, & toti illi colluuiei Romanensiū. H.Tutus autem ero, ne me quis occidat? V.Occidi poteris, sed talis mors maiorem tibi gloriam pariet, quām si centū deuicisses Babylones: erisq; vt ego immortalis semper, & victus triumphabis.H.Vis Curtianum facinus aliquod moliar pro patriæ libertate? V.Veh,veh,veh.H V T.Quid clamas? V.Iecur mihi confudit iaculo.H.Adhibe mox peluim puer. V E. Sta.H.In rubo nelatitet quis videā.Redde arcum puer. V.Nemo latitat. Ex Argentorato est hoc iaculum. H V T.Argentorati, vbi tam integri sunt viri? V.Vbi etiam, ex sacrificis potissimum, tot sunt hostes veritatis. H.Quis nam emisit, edicito? V.Loquacissimus ille Murnarus. Nam libellum iam vulgauit ad Germa-

ILLVSTRIS.

Germaniæ proceres contra Lutherum.
H. Nouisycphantam, nisi me fallat opi-
nio. V. Solus non est, habet qui sibi hæc
instillant suggillatores suos. H. Athi qui
sunt? quo te vlciscar. V. Si vlturus es, nō
dicam. H. Non vindicabo. V. Concilia-
bulum nequam est, quibus linguam lo-
cat, quorum studijs atq; consilijs agit o-
mnia, homo desperatisimus. H. Qui-
cunq; sint, & illos olim perquiram. V. At
malum pro malo non reddes. H. Ma-
lum non reddam, sed talionem eiusdem
imposturis dignam. Igitur iam satis in-
structus sum, atq; armatus, quo lede
reme nemo possit? V. Satis atq;
abi, & infracto animo, Chri-
sto nitens, ne timeas à fa-
cie Phariseorum, te
enim cōstitui vin-
dicem iniiquita-
tis istorum.

Vale.

(?)

R a o d e r

P. 9. Sichtung 60

in 20 Pp. 100

1. 2. 3. 4.

2. 3. 4. 5. Gal

9. 10. 11. 12.

2. 3. 4. 5. Gal

